

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect. III. Quàm lætum pascha, Servator nobis omnibus seipsum dederit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

de non vidit, quia finem prolixioris historie operari non sufficiunt. O perseverantia ad patientium fortis, ad obtinendum stabili!

§. IIII. Quoniam letum Pascha Servator nobis omnibus seipsum dederit.

EN pastorem interfecit, & oviculas dissipatas; en Magistrum crucifixum, & discipulos in lataebras coactos, iterum tamen in amplexus mutuos convenire. Perierat Pastor, & inventus est, mortuus erat & revixit. Itaque epulemur, inquit Paulus, non in fermento veteri, neque in fermento malitia & nequitia, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Lex prisca de pane fermentato non edendo gravissime præcipiens, Quicunque, ait, comedetur fermentatum, peribit anima illa de Israël, a primo die usque ad diem septimum. Omne fermentatum non comedetur, in cunctis habitaculis vestris edetis azyma. Sicut diu fermenti acorem nostra impatiencia, fastus, pigritia & invidia nostro inoxxit panis. Nunc azymos patientiae, submissio[n]is, piæ sollicitiae, spiritus laetitiae, casti amoris comedamus. Pascha nostrum immolatus est Christus. Hunc nobis agnum celestis Pater dedit in epulum beatissimum. Epulemur, sed in azymis, abstinem omnis amaritudo & acor nequitia.

Hebreus rex Josias, quod Regum fasti produnt, tale pascha celebravit, cui simile numquam fuisse hist[ori]cus lacer memorans. Precepit omni populo, inquit, facite Phase Domino Deo vestro. Nec enim factum est Phase talis à diebus Iudicium, & omnium dierum Regum Israël & regum Iuda, scilicet in octavo decimo anno regis Iosia factum est Phase istud Domino in Hierusalem. Sed & psyches & arioles, & figuras idolorum, & immundicias, & abominationes, que fuerant in terra Iuda & Hierusalem, abfusti Iosias, ut statueret verbalegi. Nimurum hoc est paschales dies agere, vitorum fortes, & quidquid in animo abominandi est tolleres, & Christi Patientis monita ac exempla, memori menti altum infigere.

Rex Israëlis Joas, cum Amasis regem Iuda prælio vicerit, captivum duxit in Hierusalem de cruxis murum ejus à porta Ephraim usque ad portam anguli quadrangantis cubitus. Hierusalem celestis, o Christiani, pater, dejecti sunt muri, qui cælum obvallaverant. Ingrediamur illarum urbem ad celebrandum pascha sempiternum. Ingressum aperit vitoria; vincenti dabitur manna. Vince tempus, & expugnasti cælam.

Avo Ezechias regis laudatissimi (quod Regum Chronicon testatur) fecerunt filii Israël, qui inventi sunt in Hierusalem, solennitatem azymorum septem diebus in letitiam magnâ, laudantes Dominum per singulos dies. Placuit erga universitatem, ut celebrarent etiam alios dies septem, quod & fecerunt cum ingenti gaudio. Ezechias autem rex Iuda prebuerat multitudinem mille taurorum, & septem millia ovium: Principes vero dederant populo tauros mille, & oves decem millia. En, duo millia boum, & septendecim millia ovium consummandam dantur in paschale epulum. Sed parum hoc, si grandiora perpendamus.

Rex Iosias dedit omni populo, qui ibi inventus fuerat in solennitate Phase, agnos & hados de gregibus, & reliqui pecoris triginta millia, boum quoque tria millia. Hac d'egi universa substantia. De suo principes & sacerdotes addiderunt octingentos boves, & reliqui pecoris septem millia sexcenta. Quæ omnia Regum Chronicon fideli calculo signavit. Ita universæ boum quatuor millia, ovium triginta octo millia paschali gaudio sunt jugulata. Feceruntque filii Israël, qui reperti fuerant ibi, Phase in tempore illo, & solennitatem azymorum septem diebus. Non fuit Phase simile huic in Israël à dictius Salomonis Prophete, sed nec quisquam de cunctis regibus Israël fecit Phase, sicut Iosias, Sacerdotibus & Levitis, & omni Iuda & Israël, qui repertus fuerat, & habitantibus in Hierusalem.

Nos vero longè ampliorem lætandi caussam in nostro paschale habemus. Divinus Pater unicam nobis

oviculam dedit, quæ ad occisionem ducta obmutuit, & non aperuit os suum. Hæc in furcam crucis appensa nos ab interitu suā morte servavit. Cum hoc agnello unio non centum millia taurorum, non ovium decies centena millia vel minimum comparanda. Victimæ paschali lades innocent Christiani, Agnus redemit oves, Christus innocens Patri reconciliavit peccatores. Verum hæc illud accuratest observant, quod Regum Chronicon apponit: Cunctæ Paschæ furent rite celebratae, egressus est omnis Israël, 2. Paral. qui inventus fuerat in urbibus tuta, & frigerant simulacra, cap. 31. v. 1. succiderantque lucos, demoliti sunt excelsa, & altaria destruxerunt, donec penitus evertent. Nimurum hoc Christiani Primarii paschatis primarium est: succidendi sunt luxuria luci, Christiani excelsa superbis demolienda, altaria gulae destruenda. Paschatis est succidere. Hæc fortan haec tenus escarum deliciis, dapibus opiniis, sio luxu potu prælargio nimium oneravimus, destruxerunt. Nec ria super illud negare possumus, suum ferè cuvis homini clavis destinatum esse simulacrum, ut suos quisque manes patitur, & sua quemque trahit voluptas, nam virtus nemo sic sine nascitur. Hic ira urget, ille invidia, avaritia ipse, toratio his sociorū & pigritia. Hæc nostra sunt simulacra, quæ form. lib. 1. furtivis sacrificiis propitiatus. Frangantur, & evertantur penitus. Decernat ille statuuntque sancte, & on irasci amplius, hic invidiam detestetur, iste omnem odisse avaritiam incipiat; hic ignavia validè resistat. Sterili cultu celebramus Pascha, nisi vitiorum evertamus simulacra.

§. IV. Laudata vita, resurrectio assidue cogitata.

Nunc igitur monente Petro vivamus iustitiae. Nam ille mortuus est & revixit, qui peccata nostra ipse. 1. Pet. c. 2. perculit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui iustitia vers. 24. vivamus. Debitam peccatis pœnam expers peccati pertulit, ut qui peccatis mortui eramus, soli jam vivere mus iustitiae. Ocerè vitam quæ vincit peccatum omnis mali seminarium! Nihil hæc solatii plenum: Cujus livore sanati ibid.

Consumus. Nova omnino res, per Christi Vulnera curati non per Christi, nec nos aliter curando, nisi ipse vulneraretur; per si vulneratus illius livores medelam fieri nostris languoribus, illius nostra, & morte nobis donari vitam; nec aliter nos vitâ donandos, illius mortis ipse moreretur; fuso illius Sanguine, non amplius te nobis peti nostrum; nec alia nos lege servandos, nisi ipse periret in cruce, nec unquam nos vincula exolvendos, nisi vita ligaretur ipse, ut ipsius vincula libertas esset nostra, ipsius flagra, sanitas nostra, ipsius vulnera, integritas nostra, mors denique ipsius, nostra vita. Quâ de te Paulus Co. Ad Coloss. lossenfer crudens, Ecce nos, inquit, cum effici mortui in de. cap. 2. v. 13. lictis, &c. conviviscavit cum illo, donans vobis omnia delicta, & seqq. delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, & expolians principatus & potestates, traduxit confidenter pâlam, triumphans illos in semetipso. Mortui omnino eramus delictis, inò per delictum mortui. Interemperat enim nos delictum morte omnium pessimâ. Sciebat hoc qui dixerat: Mors peccatorum pessima. Sed hoc peccati chirographum, hoc mortis decretum, jam Christi sanguine delerunt; primigenie libertati à Christo sumus restituti. Fortior armatus forte armis exuit & prædâ, captivani duxit captivitatem, triumphum egit de omnium retro facultum hostibus. Surrexit Dominus vere, & apparuit Lue cap. 24. vers. 34.

De Resurrectione assidue commeditandâ divinè Petrus Chrysologus, Tota spes, inquit, fidei Christianæ in Resurrectione constituta est mortuorum. Repetere hec eadem, incircare hac ipsa vehementius, Resurrectionis ipsius ardore gloriamus. Fratres, semper de Resurrectione liber dicere, jugiter de Resurrectione delectat audire, quia mori numquam liber, vivere semper delectat. Resonet ergo in ore nostro Resurrectione semper, semper Resurrectionis ad nostra mentis transmittatur auditum, ut mors, quæ nostros semper obsidet sensus, cum terrore suo, cum lamentis suis à nostris sensibus effugatur. Quia sic agricola.